



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

9 Contractum faciens circa res ecclesiae, reseruata voluntate Papae, an censuras incurrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 10.

Sicutobus existentibus curatis in eadem ecclesia, & habentibus prædia, & fructus, & oblationes, & emolumenta obuenientia indiuisa, alter alteri, & de consensu episcopi ad vitium locati prædia ecclesiæ; nec excommunicationem contra Simoniacos latam, cum hic nulla communicationem contra alienantes res ecclesiæ mittitur simonia, nec etiam contra alienantes res ecclesiæ & contra recipientes illas male alienatas latam. extra g. 1. de reb. eccl. non alien. in curia: maxime si consensus episcopi accedat, & consuetudo in episcopatu, & Regno sit, ubi ecclesia sita est, ut res ecclesiæ ad longum tempus locari, & accipi solent, ex Nau. in Man. c. 27. nn. 149.

DECISIO V.

Ex cons. 6. & 7. alias 6. & 7.

Abbas sine consensu conventus, & sui Generalis arborum fructiferas, & non fructiferas sciendo, & vendendo peccat, & excommunicationem contra male alienantes res ecclesiasticas latam Clem. 1. de reb. eccl. non alien. in curia, cum paria sint alienare res pretiosas mobiles, & immobiles alienare; Panor. in c. nulli. de reb. eccl. non alien. secus autem si tantum arbores opacas locorum sui Monasterij pro vberiori fructuum collectione cedat, præsertim si arborum abscissarum prena in commodum, & utilitatem Monasterij conuertat, tunc enim neque peccat, neque in penam aliquam incidit, etiam si sine consensu conventus id faciat, eo quod hoc non est re immobilium, neque mobilem pretiosam, quæ seruando seruari potest, alienare, nec bona Monasterij deteriorare, sed meliora reddere; quandoquidem sæpe nimia arborum denudatio nocere solet arboribus, & fructibus ab eis ferendis; Et iura prohibentia rerum alienationem intelliguntur de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possunt. Panor. in d. c. nulli, & in c. sine except. 12. q. 2.

DECISIO VI.

Ex cons. 8. alias 2. de præscript.

Possidens bona fide per aliquot annos Capellaniam factam de perpetua manuali, siue ad n. tum amovibile auctoritate ordinarij, credens bona fide eam iusse in Manuali redacta, quæ tamen declaratur postea male fuisse in Manuali redacta, nec peccat, nec fructus perceptos restituere tenetur; quia cum Ordinarius ex iusta causa cum consensu patroni, & alijs necessarijs interuenientibus beneficia perpetua, Manualia reddere, & extinguere possit, credens bona fide episcopum non errat, & rem auctoritate eius bona fide possidens, fructus rei suos facit; iusta enim credulitas iurati ex errore facti, aut iuris, bona fides, ff. de acq. rer. dom. & Fel. in c. de quarta de præscript. etiam non obsecuti descendens, licet non proficit ad usufructum, & præscribendam rem ipsam, ex qua queruntur fructus, prodest tamen ad querendos fructus ex ipsa, bona fide perceptos, sed est scire, ff. de pet. hz. red. D. in c. possessor. de reg. iur. in 6. immo ad querendos fructus sufficit, ut mala fides ab sit, quamvis bona fides postquam non ad sit. Fel. in d. c. nulli. in d. s. q. 1. e.

DECISIO VII.

Ex cons. 9. in vtriusque.

Diviso bono unum Monasterij facta per Abbatem, & conventum solos, sine particulari auctoritate Papæ valet, cap. edoceri, de ref. & Panor. & Fel. ibi, & confirmatio Papæ accedens non efficit, ut Dionysio facta sit valida, sed tantum ut ab eodem Abbate, vel a successore eius pro libito revocari non possit, qui factam per se solum, & suum conventum, revocare pro libito poterit, antequam Papa confirmaret.

DECISIO VIII.

Ex cons. 16. alias 5.

Abbas exemptus licet iurisdictionem habeat quasi Episcopalem gl. recep. in Clem. 1. ver. p. prius, de re-

bus eccl. non alienan. & alienatio rei Cathedralis ab Episcopo de consensu Capituli facta valet, cap. sine except. 12. q. 2. & Panor. in c. 1. de his. quæ sunt a prælat. alienatio tamen rei eccl. si extra Episcopatum ubi Abbacia sita est, ab Abbate exempto de consensu Capituli etiam in casu iure permissio facta, sine auctoritate Papæ, aut prælati superioris, cui immediate subiectus, inuvalida est; Panor. in c. 1. vbi sup. Car. in clem. 1. vbi sup. q. 4. 35. & 37. per superiorem tamen eius, & episcopum, in cuius ditione res alienata sita est, ratificari potest, ex Panor. & Car. vbi sup. & DD. in c. Nulli de reo. eccl. non alien. & in c. sine except. 12. q. 2.

DECISIO IX.

Ex cons. 11. in Novis, deest antiquis.

Contractum venditionis, vel permutationis circa ecclesiasticas, sub conditione, Si Papa placuerit, faciès, censuram antiquam non incurrit, si ante beneplacitum Papæ obtentum, ad venditionem rei venditæ, aut rei permutatæ traditionem non procedat.

DECISIO X.

Ex cons. 13. in Novis, deest in antiquis.

Cum per unionem unius beneficii ad alterum, beneficii sui iuris status, & conditio non mutetur, sed antiqua præi. legia, & exemptio nem etiam post unionem retinet; consequenter ecclesia exempta non exemptæ unita privilegium exemptiois retinet: sed & dignitas prima ecclesiæ post Pontificalem auctoritatem Papæ mente capitulari unita, ita ut capitulum illius possessionem apprehendat, perpetuoque retineat, & que inferuire faciat non ideo suppressa censetur: unde quamvis dignitas illa vacare designat, non tamen operatur, & secunda eiusdem ecclesiæ dignitas incipiat esse prima per regulam Cancellariæ sedis Apostolicæ reservata.

DECISIO XI.

Ex cons. 17. in Novis, deest in antiquis.

Emphteuicis prædijs ecclesiasticis dirutis ad civitatem munitendam, census annuus, qui in recompensam assignatur, non directo domino, sed ipsi emphyteutæ solvendus venit, qui solitam recognitionem Ecclesiæ Domini directæ solvet.

DECISIO XII.

Ex cons. 19. in Novis, deest in antiquis.

Quamvis beneficiarius rei ecclesiæ suæ extra casum iuris expressis locans, ipso iure excommunicatus sit, extra g. 1. de reb. eccl. non alien. & beneficiarius regularis locans aliquid de rebus suorum beneficiorum ad longum tempus ab officio suspensus sit, Clem. 1. de reb. eccl. non alien. qui tamen bona fide id faceret, & maxime in ecclesiæ suæ utilitatem, poenitentia præfata, quæ in solum præsumentes feruntur, non incurret; siquidem poenitentia imposta contra præsumentem alicui facere, ab eo, qui abiq. dolo, vel contemptu illud facit, incurri non videtur ex Car. in clem. 1. q. 19. de privi.

TITVLVS IX.

De Deposito.

S V M M A R I V M.

- 1 Deposito pecunie cum pacto, ut depositarius aliquid soluendo ea vti possit, usuraria est.
- 2 Restituere tenetur, qui aliquid accipit ab exaltore, pro facultate vti pecunia exacta usq; ad diem solutionis.
- 3 Depositum rei in pondere, numero, vel mensura consistens cum facultate ea vti potest sit mutuum.
- 4 Deponens nihil a depositario exigere potest.
- 5 Contractus omnis cum ecclesia, si sit ei utilis, iniuri potest.

E D E